

# Universitätsbibliothek Paderborn

# Thesavrvs Sacrorvm Ritvvm, Sev Commentaria In Rybricas Missalis Et Breviarii Romani

In quibus origo cuiusque Ritus, Causæ historicæ, vel mysticæ, ex maiorum ingenio, Theoria, Praxis, Obligatio, & exquisitus Vsus, additis opportunè Decretis omnibus S. Rituum Congregationis, quàm breuißimiè explicantur

Gavanti, Bartolommeo Antverpiæ, 1634

De Sabbato sancto, X.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40262

### De Sabbato sancto. X.

Dpellatur sanctum, quia ad suscinoua Ecclesia sacro Baptismi fonte fanctificatur, Ruper. lib. 6. cap.25. vel quia Sanctus Sanctorum quieuit in ficium proprie: nam Officium noctis tis, eas explicemus.

us tranf inerfale

Roma Cacra Ri

Jam fire

in Ad

ncutiu

fix, da

UO 000-

4 1622

rædido

eaden

am elk

m con-

, nisin.

Et qui Sacra-

ommu-

n and-

Roman

. Inn.

le infir-

s relet-

rancel.

1677.10.

de Ver

in icit-

ım dif-

eferen-

(limen

gations

ilcopo-

Roma

us de

tempus

Feltum

De

IC Abbatum hoc antonomastice ap- erat sequentis, vt patet ex benedictione Cerei, Hac nox est, &c. & ex Colpiendam fancti luminis claritatem lecta Missa, Duran.lib. 6 cap. 78. ieiunium autem omnino seruandum est, ex lib.6. Constit. Apost. cap. 24.

Videamus Rubricas eiusdem, & sepulchro, Alcuin. nullum habet Of- de more nostro, minutioribus addi-

2 Horacompetenti 2 cooperiuntur Altaria, & dicuntur Hora, candelis Altaris extinctis vsque ad principium Misse. Interim b excutitur ignis de lapide foris Ecclesiam, & ex eo accenduntur carbones. c Di-Eta Nona, Sacerdos indutus Amietu, Alba, Cingulo, Stola, & Pluniali violaceo, vel sine Casula, d astantibus sibi ministris cum Cruce, Aqua benedicta, & incenso, e ante portam Ecclesia, si commode potest, vel in ipso aditu Ecclesia, benedicit nouum ignem f dicens, &c.

a Cooperiuntur Altaria. ] Habet tus ergo noster post eumdem annum. Duran, lib. 6. cap. 85. quia Christus in resurrectione stolam glorie induit. Sed conuenit duplici pallio vestiri Altare maius, violaceo nimirum super album, ita, vi remoueri citò queat violaceum circa finem Litaniarum, Carimon. Epifc. lib. 2. cap. 27. Super Altare candelæ erunt ex cera alba. Cereus etiam benedicendus collocabitur cum fuo candelabro in latere Euangelij, Carim. Epifc. vbi suprà: ante Cereum legile vestitum veste alba, & super illud Missale non apertum

b Excuttur ignis de lapide.] Ignis de Christo, qui lapis est in caput anguli, Honor, in Gemma lib. 3. cap. 100. & antiquus ignis extinguendus est, vt lex finem habeat. Ante Zachariæ Papæ tempora, Rome nouus ignis ex lampadibus feruatis in Feria quinta fumebatur, vt scribit Baronius anno 751. ex lit-

e Dicta Nona.] Non ante Horam nonam, Vrbani II. Decreto apud Baron, anno 1095.

d Astantibus sibi ministris.] Ministri debent esse in violaceis, sine Manipulis, vt 1. par. tit. 19. num. 6. 6. 7. pag. 68. 70. Crucem gestare debet Subdiaconus, quem præcedunt A'colythi tres, cum Aqua benedicta, thuribulo fine igne cum nauicula, & peluicula cum quinque granis incensi; & hoc codem ordine proceduntad portam.

e Ante portam Ecclesia.] Extra portam passus est Christus. Exeamus ad eum, inquit Paulus, vt eum explicat de hoc ritu loquens Durand. cap. 80. Crux cum Subdiacono fit in porta ante faciem Celebrantis, ignis autem in foculo super aliquod scamnum coram Celebrante; vbi etiam forcipes ferrei, & candelulæ cum lignis teris Zachiria codem anno datis. Ri- sulphuratis parari debent.

f Di-

# 264 Comm.in Rubr. Missalis. Pars IV. Tit. X.

f Dicens.] Manibus iun &is. Et Dia- quando est benedicturus manuignen conus eleuet fimbriam Plunialis, & grana incensi.

3 Deinde benedicit quinque grana incensi ponenda in Cereo, dicensi Solute hanc Orationem.

Quidam addunt aliam incess quan- nis aperte meminit Rupert. locoting titatem vnà cum quinque granis be- cap. 31. & fignificari docet aromana nedicendam; sed ad quid? An, vt mulieribus empta, vt vngeten ea deinde in nauiculam immittatur Ielum. denuò benedicenda à Celebrante, vt adoleat ignem, & grana? super- si coniungens nouam benedictionen fluit hæc duplex incenti benedictio, incenti cum præcedenti benedictio, & præter Rubricam. De hisce gra- ne ignis.

Celebrans non dicit Oremu, qui

4 Dum benedicit grana incensi, Acolythus assumens de carbonibus be nedictis ponit in thuribulo & finita Oratione supradicta, & Sacerdos de navicula ponit incensum in thuribulo, benedicens illud mon s lito: deinde prædicta grana incensi & ignem h ter aspergit aqui benedicta, dicens: Asperges me, sine cantu, & sine Psalmo, w adolet incenso. Interim omnia luminaria Ecclesia extinguuntur, si de igne benedicto postmodum accendantur.

Sacerdos de nauicula. ] Supple, à Diacono de more ministrata; qui & ministrat eum osculis aspertorium & Thuribulum Celebranti.

h Ter aspergit. In medio, adectris rerum benedictarum, & a finstris earumdem.

i Ter adolet. Nimirum, vii afpette

Tum Diaconus I indutus Dalmatica albi coloris, accipit m arundina cum tribus candelis in summitate illius triangulo distinctis. " Pro cedit Thuriferarius o cum Acolytho deferente in vafe quinquego na incensi: P sequitur Subdiaconus cum Cruce, & Clerus per " dinem: deinde 9 Diaconus cum arundine, post eum Celebrans. Com \* Diaconus ingressus est Ecclesiam, inclinat arundinem, & All lythus deferens candelam accensam de nouo igne, accendit unu exillis tribus candelis desuper positis: & Diaconus cleuans ann dinem genuflectit, similiter & omnes aly cum eo, prater Subdisto num Crucem ferentem: & cantat solus, Lumen Christi. B. III gratias. Et procedens ad medium Ecclesia, ibi accenditur alta (all dela: & iterum genuflexus, vt suprà altius cantat, Lumen Chisti. Be. Deo gratias. Tertio procedit ante Altare, vbi accendin

tertia candela: & rursus genustexus vt priùs, adhuc altiùs dicit, Lumen Christi. Bt. Deo gratias. Deinde Celebrans ascendit ad Altare in cornu Epistola, & Diaconus dat arundinem vni Acolytho: & accipiens librum, petit à Celebrante benedictionem, vt sit ad Euangelium, Sacerdote dicente, & c.

A consecratione luminis incipitur Paschalis solemnitas, quia æternæ lucis contulit claritatem, Raban. lib. 2. cap. 38. idem innuit Conc. Tolet. IV. can. 8.

lignen

ens ab

o Cutate

matra

igerent

w, 902-

tionem

nus be

cerdos

ore o-

t aqua

91 111

tur, vi

à dex-

à fini-

fperla,

atres.

n Pra-

we giv

per or-

S. CAN

All All

THAN

arus-

bdiaco-

2, 10

ia can-

Chi

nditt

Indutus Dalmatica.] Ex Ord. Rom. Cur autem ad Diaconum spectat proxima Cerei benedictio, etiam præfente Sacerdote? Rupert.lib.6.cap.30. Inferioris, ait, ministri est annuntiare Christi resurrectionem, sicut inferior mulierum sexus Apostolis ipsis eamdem nuntiauit; vel quia Angelum significat, qui mouebat Hebræis Columnam nubis & ignis, quam indicat Cereus, vt dicemus, Gemm.loc. citat. cap.102. Dalmatica festiua est, & ideò congruit benedictioni Cerei: Exultet iam, &c. Accipit etiam Manipulum Diaconus, ex Carimon. Episc. lib. 2. cap. 28.

m Arundinem cum tribus candelis.] De arundine cum Cereo in eadem satis aperta est mentio in Ord. Rom. non tamen de tribus candelis: neque interpretes Ordinis Romani quidquam indicant de arundine ipsa. Candelæ in calce vnum quid esse deberent, & deinde distingui intres, ad

designandum mysterium vnitatis & Trinitatis Dei. Fortasse significat arundo hymilitatem passionis Christi, ex qua in sine patuit maior gloria vnitatis & Trinitatis Dei. Patuit autem veluti lumen Christi, qui in Trinitate est Deus. Vel, ex Athanas. de Passione, sicut arundo serpentes necat; ita passio Christi diabolum vicit. Solet ornari sloribus: sed ita ornetur, vt appareat ex parte arundo, non baculus, seu quid aliud.

n Pracedu Thuriferarius.] Polito priùs incenso à Celebrante in Thuribulum more solito.

o Cum Acolytho deserente, &c.] Nempe à dextris Thuriferarij.

p Sequitur Subdiaconus. ] Et hic etiam cum Manipulo, ex Carim. Episc. loco cit. coloris autem violacei.

q Diaconus cum arundine. ] Ad cuius sinistram eat Acolythus cum candela accensa de nouo igne, &, si opus est, intra laternam, ne à vento extinguatur in Processione.

neque interpretes Ordinis Romani r Diaconus ingressus.] Et cum inquidquam indicant de arundine ipsa. gressus est etiam Celebrans post eum (non ante) inclinet arundinem; vt Ceberent, & deinde distingui intres, ad lebras quoque genusse datin Ecclesia.

6 Posteà vadit ad pulpitum, & ponit super eo librum, & incensat. A dextris Diaconi stent Subdiaconus cum Cruce, & Thuriferarius: à sinistris, duo Acolythi, ille qui tenet arundinem, & alius tenens in vase quinque grana incensi benedicta sigenda in Cereo. Tunc, surgentibus omnibus, & stantibus, vt sit ad Euangelium, Diacons cantat.

LI

[ Diaco-

#### 266 Comment.in Rubr. Miffalis. Pars IV. Tit. X.

[ Diaconus cantat.] Non fignat librum, neque seipsum : neque imponitur incensum de nouo in thuribulo; quod notaffet aliquis Ritualis liber, fi de nouo imponendum esset. Et verè sufficit impositio incensi facta semel, Diaconus accendit Cereum non cum & proxime in ordine ad Lumen Chri-Sti, & Cereum. Ministri verò hincinde stantes respiciunt librum, vt Diaconus rectam quali efformates lineam cum Diacono medio; ita tamen, vt latera, non terga, vertant Altari.

7 Quòdattinet ad benedictioné Cerei magni, Ordo Roman. haber, Exultet iam, &c. dicitur effe S. Ambrofij ab Honor. in Gemma lib. 3. cap. 102. Sed, excepto procemio, discordar nostra ab Ambrofiana, vt videre est in Missali Ambros. tribuitur S. Aug. in Missali Goticho Tom. 6. Bibl. Patrum.

Cereus autem benedicitur, ex decreto Zosimi Papæ, Alcuin. sed Prudentius ante Zosimum cecinit Hymnum de hoc Cereo. Martinus Polonus auctoré facit Theodorum I. anno 643. Baron.anno 418. docet, concessisse Zosimum, vt etiam in Parochijs benedici posser, nedum in Ecclesijs principalibus.

8 Significat auté Cereus Christum refurgentem; & quidem cera corpus, ellychnium animam, lumen deitatem designat, ex Duran. loco citato cap.80. antequam verò illuminetur, repræfentat Columnam nubis; illuminatus autem, Columnam ignis, quæ præcedit Catechumenos hodie transeuntes per mare Baptismi, idem Duran. ibidem. Crucis figura in Cereo solet inscribi, vt Christum demonstret Crucifixum, Ruper.lib.6.cap.29. sed grana quinque incensi in formam Crucis in co consixa idem sonant, & apertè plagas eius quinque, ex eodem Duran.

9 Ordofigendi grana est, vi primum in superiori parte, alterumin media, tertium in inferiori, quarum in dextra Cerei, quintum in finistra,

10 Habet etiam mysterium, quod candelula, ve aliqui scripsere, sedim. mediate (ait Rubrica) cum una extrbus candelis in arundine positis. Dice. rem ego, tacentibus alijs, ficuttesillæ candelæ inclinatur verlus Cereum, & cum vna tantum ex ijs accenditur. ita Resurrectio Christi est effectus quidem totius Trinitatis, sed poillimum Verbi, quod animam carning. lus vniuit, & immortalitatis gloriola luce vestinit. Quam rationemafferebam Recognitoribus Missalis sub Clemente VIII. quando hic ritus fuit stabilitus; & fuit approbatus etiam in Carim. Epifc. lib. 2. cap. 27.

11 Accenduntur deindelampades, fumpto lumine à Cereo ipfo, vel aundelis arundinis. Vt ficuti, ex Alcum, Cereus fignificat nouam gratiam, & doctrinam Christi; ita abeodemonn demonstretur tum gratia, tum dodisna Apostolorum, qui funt lux mund Er Christus ipse resuscitatus statimas cendit in Apostolis ignem Spirms fancti, quando infufflauit, & dixit, decipite Spiritum sanctum, in iplodiekt forrectionis, Ruper. lib. 6.cap. 29.

12 In fine benedictionis Cerei, ch cepto Papa, Episcopo, & Imperatore, cui additur Electi titulus, fi nonduch coronatus, nêmo alius nominari debt, inconsulta Sede Apostolica, quidquid scripsere alij; qui tamen hanc additoné pridie fieri prohibent. At quamiior est ratio, cum Pius V. in sua Bulla additiones omnes prohibuerit ? Sedt Romana vel Episcopali vacante tace tur nomen Papæ, vel Epifespi.

13 Completa benedictione Cerei, Diaconus, depositis albis, sumit t violacea paramenta, & vadit ad Celebrantem: qui exuitur Pluuiali, & sumit Manipulum & Casulam violacei coloris. Posteà u leguntur Prophetia x sine titulo: & Celebrans legit eas submissa voce ad Altare in cornu Epistola. In sine Prophetiarum dicuntur Orationes modo subscripto. Antè, vel interim dum Prophetia leguntur, Presbyteri y catechizent Catechumenos baptizandos, & praparent ad Baptismum.

t Violacea paramenta.] Iuxta titulum 19. 1. par. Rubr. nu. 6. 6-7. pag. 68. 6-70. Crux deponatur in loco decenti; arundo stabiliatur pede marmoreo praparato, non procul à Cerco.

t pn-

um in artum

iftra.

quod

n cum

ed im-

Dice.

reum,

ditur;

otili-

ni rur-

Orio/2

ffere-

s lub

is fuit

am #

pades,

à can-

Існт,

m, &

n onti

loctri-

nundi.

pints

st, de-

ei, ci-

ratore,

dúch

idquid

dino

iæma-

a Bolla

Sede

e tacto

Cun-

u Leguntur Prophetia. ] In medio Chori, ait Carim. Episc.lib. 2 c. 27. vbi scilicet ab omnibus audiri queat Lector. vnde non malè illi, qui in ambone, vel ante Altare Prophetias legunt.

x Sine titulo. ] Tradit Ordo Roman. quia adhue sine capite Christo, non-du viso ab Apostolis, videtur esse Ecclesia, Rupert. lib. 7. cap. 9. Vel tacentur tituli, ait Hugo Victorin. de Spec. Miss. obser. lib. 3. c. 24. ne Catechumenis de Gentilitate venientibus, Hebræorum auctorum nominibus auditis, Lectiones vilescant: vel ad repræsentandam excitatem Catechumenorum, qui nesciunt doctrinæ nostræ originem, Alcum. leguntur autem ad instructionem Catechumenorum, idem.

14 Porrò quatuor tantú legebantur m Ord Rom.cum tribus Canticis. Primus, qui meminit harum duodecim Lectionum, est Microl. cap. 53.& significant duodecim Apostolorum doctrinam, qua erudiuntur Catechumeni, Honor. in Gemma lib. 3. cap. 108. Habentur in Sacramentario Gregoriano è nostris prima, 3. 9. 4. 5. 8. 10. & hoc eodem ordine. Lectores autem non osculantur in fine manum Cele-

brantis, neque recedunt nisi dicto Leuate à Subdiacono.

15 Cantica tria, siue Tractus, sunt eadem quæ in Antiphonario Gregoriano, Ordine Rom. & apud Amalar.
lib. 1. cap. 22. tamen apud nos post 4.8.
& 11. Lectionem: & sunt indicia exultantium Catechumenorum de proximo Baptismo, sed non sine timore; vnde & Tractus, idest luctus, vocantur, Ruper. lib. 7. cap. 9.

16 Orationes indicant expectationem & desideria sanctorum Patrum circa Redemptionem per Christi Refurrectionem, Raban. lib. 2. c. 38. easque Celebrans dicit, vt in Missa, manibus extensis, &, secundum aliquos, sunt pars Missa, vt dicemus.

y Catechizent Catechumenos.] Catechizent, id est instruant, Catechumenos, id est auditores, Raban. lib. 1. cap. 26. De ritu verò catechizandi pro Baptismo, vide Rituale Romanum Pauli V.

17 A Ministris illud obseruandum, vt, dum Celebrans Prophetias legit, assistant, sicut ad Introitum Mislæ, quas & appellat Introitum Mislæ huius diei Hugo Victor. vbi supra cap. 28. Dum ille Orationes dicit, stant post Celebrantem, vnus post alium. Diaconus dicit genuslectens ante alios, Flectamus genua; Subdiaconus surges ante alios, Leuate; excepta vlti—Ll 2 ma

# Comment.in Rubr. Missalis. Pars IV. Tit. X.

ma Oratione, quia tres pueri, de quibus in vltima Prophetia, noluerunt genua flectere statuæ Nabuchodonofor, vtalias diximus in Sabbato Quatuor Temporum Aduentus, pag. 228. Celebrans autem numquam genufie-Etit, vt dictum est in Rubr. general.

lectam in Altari Prophetiam, sedeat mas maiores, nisi aliud necessius ad scamnum consuetum, sed nudum, suadeat.

in latere Epistolæ. Eat autem per viam breuiorem cum Ministris, & reder per longiorem cum debitis renerentin ante medium Altaris. Nullo modole. deat ad Altare, quod Episcopo tautum concedi debet.

19 Ordo legendi Prophetias his 18 Si sedere voluerit Celebras post erit, vt primas legant minores, postre.

20 His expletis, si Ecclesia habuerit fontem Baptismalem, Sacerdos bendicturus Fontem, accipit Pluniale violaceum, & pracedente Cruc, cum candelabris, & z Cereo beneditto accenso, descendit cum clero & ministris paratis ad Fontem : & interim cantatur sequens a Tractus: Sicut ceruus, &c.

Baptismus significat mortem, sepulturam, & refurrectionem Christi, Rom. 6. & ideò potissimim hac die celebratur, Ruper. lib.6.cap. 34...

z Cereo benedicto.] Portabitur Cereus ante Crucem, Car. Epischi. 2.c. 27.

a Tractus: Sicut ceruus, &c. ] Ell in Ordine Romano, cum quo concor. dat Oratio sequens, vt manifeste patet, & in Gregoriano legitur Sacramen. tario. imò & huius ritus memini S. August. in Psalm. 41.

# 21 Posteà procedit ad benedictionem Fontis, dicens, manibus iunctis.

De Fontis vsu antiquo Dion. de Eccles, Hierar. quem Matrem adoptionis vocat.

De consecratione einsdem Clem. lib. 7. Const. cap. 43. & Sidon. Apollin. lib. 4. Epist. 15. plura vide apud Baron. anno 132. & Durandum de Ritibus lib. 1. cap. 19.

22 Porrò sex facit Sacerdos in hac benedictione Fontis, orat, manutangit aquam, & format cruces; mutat vocem, sufflat, demittit & eleuat Cereum in aquam; infundit oleum & Chri-Ima, & commiscer.

23 Orat Deum, vt fit præsens tantis my sterijs; mouerque in Præfatione astantes in Deum, ad eumdem finem, vt Deus audiat.

24 Manu tangit aquam ter. Primò, diuidens in formam Crucis, i qua pendet effectus Baptismi. Secundò, tangit simpliciter, quia manus. cerdotali opus est, etiam in Baptismo, ad fugandos dæmones. Tertiò, proipciens & effundens aquam versus qui tuor mundi partes; quia Baptilmus omnes homines attingit, non Circumcilio. Facit etiam manu varias Cruces super aquam, vt benedicatur à Trimtate per virtutem sanctæ Crucis.

25 Mutat vocem ter; primo, per modum Orationis; secundo, per modum Præfationis; tertio, per modum Lectionis, vtin Trinitate omnia fiant, & modo humiliùs, modo pudentus

Deus oretur.

26 Halat

26 Halatter in modum Crucis, & fufflat ter in modum T, vt cum Cruce Trinitatem coniungat; à quibus habet vim Baptismus, maiorem autem à Trinitate . Valet etiam infufflatio ad expellendos dæmones cum ignominia, qui leui flatu expelli queunt à Sacerdote.

r viam

redeat

rentis

odofe-

ацийц

as hic

effitas

bene.

Cruce,

n Cle-

quens

.] Eft

neortè pa-

amen-

mini

is.

Pri-

215,1

ecun-

iu Sailmo,

proij-

s qua-

cum-

ruces

Trini-

, per

r mo-

dum

fiant,

nuus

eleuatter, profunde, profundius, profundissime, vt Spiritus lanctus sua plenitudine Fontem impleat; ficuti quando descendit in specie Columbæ in Baptismo Christi, adumbrati in hoc Cereo demerso in aquam. Eleuatio autem einsdem Cerei significat effedum Baptilmi, qui confert gratiam eleuantem à peccato ad gloriam.

28 Infundit oleum & Chrisma, &

commiscet, de quo etiam Dion. vbi supra cap. 20. par. 2. vt indicetur coniunctio Christi per Baptismum cum populis Ecclesiæ; aquæ multæ, populi multi: & Christi nomen, id est vncti, ab oleo & Chrismate deducitur, Ceterum ritus hic totus habetur in Ord. Rom. expolitio verò sumpta est partim 27 Demittit Cereum in aquam , & ab Amalar, lib. 1. cap. 25. partim ab Honorio in Gemma lib. 3.cap. 3. parrim a Durando lib. 6. cap. 81.

29 In eodem Ordine Romano iubetur, vtin Rubrica nostra, aspersio populi cum aqua Fontis ante infulionem olei; & eiusdem aquæ reservario, ad aspergendum in domibus, & alijs locis, ad munditiam Baptizatorum. de qua etiam Greg. Tur. lib. 1. de Glor. Mart. cap. 24.

30 Vbi verò non est fons Baptismalis, finita vltima Prophetia cum sua Oratione, Celebrans Casulam deponit, & b cumministris ante Altare procumbit : & alijs omnibus genuflexis, c cantantur Litania in medio Chori à duobus Cantoribus, vtroque Choro idem simul respondente. Cum autem peruentum fuerit d ad f. Peccatores, te rogamus. Sacerdos & ministri surgunt, & accedentes ad Sacristiam, induuntur paramentis albi coloris pro Missa solemniter celebranda: es interim e accenduntur luminaria in Altari. f In fine Litaniarum cantantur solemniter, Kyrie eleison, & repetuntur, vt in Missa moris est.

men Planetas plicatas paulo ante Peccatores, Carim. Episc. lib. 2. cap. 27. quod etiam mihi magis placer. cuffini coriacei dari possunt sub eorum capitibus, & Celebrantis.

c Cantantur Litania. Ita Ordo Romanus. Litania, id est deprecationes, Amalar.lib. 1. cap. 28. quibus signihcatur confortium Sanctorum cum nuper baptizalis, Raban. lib. 2. cap. 28.

b Cumministris.] Et hi quoque in Hæ verò non inchoantur apud Fonalbis procumbunt, ex communiori tem, sed apud Altare, Carimon. Episc. vlu Ecclesiarum Romæ: deponunt ta- lib.2.cap.28. Aliqui scripsere, geminandum illud, Per sanctam resurre-Etionem tuam, sed nullo antiquo auctore, imò contra Bullam Pij V. quæ additiones prohibet.

d Ad v. Peccatores.] Discedunt in Sacristiam, vt dicitur etiam in Missali Vatic. volum. 4743. si vicina est; alioquin in locum viciniorem & decentem post Altare. Omnino ante Altare nemo Episcopo inferior est vestien-

#### Comm. in Rubr. Missalis. Pars IV. Tit. X. 270 dus , licet sit loci superior : non enim

est illi communicanda Episcopalis

prorogatina, nisi Mitra vtatur.

e Accenduntur luminaria. ] Sacramentarium Gregor. & Ordo Romanus ad Agnus Dei accendi iubent; quia per Agnum Dei Christum lumen fidei communicatum est, Amalar.lib.1.

cap. 30. sed & pallium violaceum re. mouetur ab Altari, ornatur Credenin fuis necessarijs ad Missam solemnen. vt suprà dictumest.

f In fine Litaniarum cantantur,&c Monet Ordo Romanus, quòd canza debent ita tarde, vt Sacerdos & ministri queant procedere ad Altare.

31 Interim Sacerdos cum ministris in paramentis albis accedit ad Altan. & dicto Pfalmo, Iudicame Deus, cum Gloria Patri, facit Confesio nem, vt moris est, in loco consueto: deinde ascendens osculatur Al tare, incensat more solito; & finitis à Choro Kyrie eleison, incipil solemniter, & Gloria in excelsis. & h pulsantur campana.

Roman. & Sacrament. Gregor. Dicat autem priùs de more Celebrans cum ministris submissa voce, Kyrie eleison, nouies, Carim. Pap. lib. 2. sec. 1.

сар. 57.660.

h Pulsantur campane. ] Inbet Ordo Romanus pulsari ad Litanias; fortè, vt populus vocaretur ad initium Missæ; Durandus cap. 85. ad Hymnum Angelicum . & conuenir, ficuri cessauere in Hymno eodem Fe-

Sed aduerte, ne maiores campanæ pulsentur, antequam fignum datum fuerit in Cathedrali, seu Matrice Ecclesia, ex Decreto Concilij Lateranen-

g Gloria in excelfis.] Habet Ordo sis Seffione 11. sub Leone X. sub pc. na Regularibus centum ducatorum & facræ Ritnum Congregationis du 21. Marty 1609. & ex tantum coals pulsabuntur, quæ sunt intra panens Ecclesia. Dato deinde signoù Cathedrali, seu Matrice, dabituretiam cet detur longe post Gloria in excului solemne fignum ab omnibus alijsk. clesijs cum campanis maioribus. Pa Matricem intellige quoque Parochialem in Diœcesi ; & , si plures sint Pt rochiales, eam, quæ alijs maioret dignitate : nam ante Matricem han non sunt pullandæ à Confratrijs canpanæ, ex Decreto S. Rituum Congre gationis die 9. Februar. 1608.

32 Posteà Sacerdos dicit, Dominus vobiscum.

Quid Episcopus? dicat, Pax vobis. ita Ordo Romanus, contra Durand. caps

33 Finita Epistola, Celebrans incipit, Alleluia, & totum decantation eleuando vocem gradatim : & Chorus post quamlibet vicemini dem tono repetit illud idem. Postea Chorus prosequitur, V.Con temini, &c.

34 Allelnia cantatur in cornu Epi- cono. & dum cantatur, stant omni stolæ, osculata prius manu à Subdia- Carimon. Pap. loco cit. caf. 57. men Consitemini est de Psalm. 117. goriano.

um te-

edeniu

mnen,

r, Scc.

cantai

c mini-

Altare, nfessio.

UT AL

incipil

ib pæ-

torum; onis da

eo calu parietes

Cathe-

am (li-

xcells

lijs Ec-

15 . Pet

rochu-

int Paaior ch

n has

js cam-

cap.81

tat ill

72 173 CO

.Conf

omnes

Pratt

Pracedit Allelnia Tractum, Or- cuius titulus est, Allelnia, Rupert. do Roman. & Sacramentar. Gregor. libro 7. cap. 11. est ergo lætitia in spe & ecce gaudium Paschale, sed non proxima, Hugo Victorin. vbi su-plenum, quia Tractus luctum signi- prà libro 3. cap 29. Versus & Traficat, vt alias docuimus. Versus ta- Etus habentur in Antiphonario Gre-

35 Ad Euangelium non portantur luminaria, sed tantum incensum: petitur benedictio, & alia fiunt de more.

stum hominem mortuu, Alcuin. De- post cantatum à se tertio Alleluia.

Tradit Ordo Roman. & significatur notio aderat, fides obscura erat, Duaromata mulierum ad monumentum ran.loco cit. Enangeliú legitur à Celesine lumine sidei; quia putabant Chri- brante in cornu Euangelij, vt aliàs,

36 Non dicitur Credo, sed finito Euangelio Sacerdos dicit, Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. & posteà, Oremus. 1 Non dicitur Offertorium.

Hæc Ordo Romanus.

i Credo. ] Quia nondum Apostoli credebant Refurrectionem Chri-

1 Non dicitur Offertorium. 7 Quia mulieres fub filentio ibant cum aromatibus ad Sepulchrum, Alcuin. ne-

que habetur in Sacram. Gregor. Subdiaconus defert ad Altare vna cum Calice burlam Corporalium. Ad Lauabo dicitur Gloria Patri.

37 De Communicantes, & Hancigitur oblat. vti etiam de Præfatione propria, vide suprà in Rubr. Gen.

38 Dicitur, Pax Domini sit semper vobiscum. sed m pacis osculum non datur. " Agnus Dei non dicitur, nec o Postcommunio: dicuntur tamen tres consueta Orationes ante Communionem.


Roman. quia nondum dixerat Christus Apostolis, Pax vobis.

n Agnus Dei. Ordo Rom. & Sacrament. Greg. inquit Alcuin. ob filetium mulieru nondum credebatur Christus Redemptor animarum ad tollenda peccata mundi, Durand. cap. 85.

o Postcommunio. ] Hac omittitur, quia in hac Missa no communicabant,

m Pacis osculum non datur.] Ord. tempore nimirum Durandi, introducta etiam tune noua consuetudine celebradi hanc Missam mane; sed in die sequenti communicabant tum Catechumeni, tum alij, quod nota (contra quoidam, qui gratis oppositum scripserunt ) ne communicet alius à Celebrante in hac Missa noctis vel Vesperæ. Sunt vice v. Communio &c Postcomunio, vt scribit Duran. loc.cit.

39 Post sumptionem Sacramenti, P pro Vesperis in Choro cantatur Anti-Phona, Alleluia, allelluia, alleluia, & Psalmus, Laudate Dominum omnes



omnes gentes, cum Gloria Patriin fine, & post repetitur eadem Ani. phona. Capitulum, Hymnus, & Versus non dicuntur, sed statim col. brans in cantu incipit Antiphonam ad Magnificat.

Non deponitur à Celebrante Casula, vtassumat Pluuiale, quod aliquando fecere perperam nonnulli; quia nondum est finita Missa.

p Pro Vesperis.] Hoc Sabbatú propriè non habet Officium, ex Augustin. & Alcuin. & quæcumque hic habentur pro Velperis, eadem lunt in Ord.

Romano. Si haber Officium, hocter. minaturin Vespera, non in Missa, w fine fine laudetur Christus, quimor. te sua nos redemit, Duran.ibidem. Sel verius finitur Officium in Missacum Ite missa est. quæstio est de nomine Porrò Antiph. Alleluia conuenit, vi inchoetur à digniori qui est in Chon.

40 Deinde cantatur Magnificat, cum Gloria Patri in fine, & fitinen. satio, 9 vt alias in Vesperis. Repetita Antiphona, Celebransaini Dominus vobiscum.

Ministri cum Celebrante dicunt Pfalmum & Magnificat in cornu Epistolæ, vti stant ad Introitum Millæ.

q Vt alias.] Incentatio item fit eodem modo quo initio Misla, sed prætereà incensantur alij in Choro.

41 Extra Chorum dicuntur Vesperæ, vt in Breuiario adnotatum est: & nos in Commentarijs Rub. Breuiarij opportuniùs de his dicemus.

42 Ad Orationem vltimam vlque ad finem omnino seruatur omnia quæ in fine Missæ alias præscripta sunt.

43 Peracta Missa, quæritur, Analiæ Missæ celebrari queant; Microlog. cap. 53. concedit, si necesse fuerit, & à Litania incipere docet, omissis Lectionibus, inquit, auditis. Negant Nauarr. cap. 25.num. 88. & Françolin. tractatu de Temp. Hor. Canon. cap. 30.num. 2. & 9. quia vsu receptum est, vt vnum tantum Sacrificium fiat folemne. Nullusque est Introitus, vi in Sabbato Pentecostes; nisi dicas cum Hugone Supra, Lectiones omnes habere vicem Introitus: vnde & Sacerdos habet inchoari;nisi pro Kyrie elesson intelle Casulam tune, & iubetur eas legere

submissa voce ad Altare. Sotus in 4 destinct. 13. quest. 2. artic. 2. concede hac lege, vt celebretur Superioriscocellu & auctoritate : sed Azor, qui lib. 10. cap. 24. quest. 4. omnino negar, ex cap. Sabbato Distin. 3. de Confec. vbi dicitur , biduo hoc Sacramenta penitus non celebrari, coceditassa periore dari posse licentiam tantum, quando iusta adsit causa. Puta, qui multi sunt, qui commode co die Sicrificio publico intereffe non pollun; quod accidere potest, quando Fellum Annuntiationis incidit in Sabbatton sanctum, & tunc de licentia Supe rioris celebrari posset, alias non, a nonnisi post inchoatum saltem solemne Sacrificium, depositoque luctu mærore Ecclesiæ.

44 Quo casu forte sufficit incipit à Confessione, qua finita, dicat Sacti dos, Kyrie eleison, de more, & reliqui cum Velperis vique ad finem Mills nam Gemma lib. 3. cap. 118. ait Of cium huius Missa per Kyrie elaja gat cum Micrologo Litaniam. Volan aliqui, non dici Vesperas in hac priuara Missa, & pro v. Communio, dici Antiphonam tantum ad Magnificat, hoc est, Vespera autem Sabbati, &c. & flatim Orationem : fed fugiendus est hic casus, non decidendus.

Anti-

2 Cele.

locter.

illa, vi

non-

m. Sed

la cum

omine,

nit, it

Choro

incen-

s dicit:

s in 4.

oncedit

15 COD-

r, qu

no nt-

de Con-

ramen-

it à Su-

ntum,

1, qui

die Sa

offun,

batum

Supe

non, d

lolem-

nctu &

incipes t Sacet

reliqui

Mills ait Off-

e elega intelli

Volue

45 Tutiorem autem arbitror sententiam Nauar. & Francolin.eamque conformiorem cap. Sabbato.vt non celebretur nisi vnica Missa, quæ noctis est; & sub initio noctis dicebatur tempore sancti Thomæ, in 4. dist. 13. quaft. 1. Festi verò, cuius Officium transfertur, nulla prorius, quod ad Missam attiner, haberi debet ratio: & multò minus votiua Missa dici debet, etiam pro re graui.

46 Idem dicerem de Communione Cleri, seu laicorum, in Festo Annuntiationis in Sabbato fancto; quòd non debent alij communicare in Milla, que noctis est, & ideo non dicitur Communio, vt suprà adnotaui.

47 De Cereo accendendo in tempore Patchali nihil inuenio apud antiquos, nili quod ex Ordine Romano & Microl. cap. 53. in Octavis Palchæ distribui solitus fuit Cereus hodie benedictus: ergo non vltra Octanam Pasche ardebat. In Annal. Minorum Lucal Vaddingi decretu fuitanno 1263. quod in Ordine Minorum Cereus Paschalis remanerer vique ad Alcenhonem Domini, & accenderetur in Missis, saltem diebus Festiuis. Sacra Rituum Congregatio 19. May 1607. censuit, regulariter accendi debere ad, fine causa.

Missas & Vesperas solemnes in triduo Paschatis, in Sabbato in Albis, & Dominicis víque ad Alcentionem, in alijs seruandam esse consuetudinem locorum.

48 Romæ varia est consuerudo. A peritioribus hæc laudatur, vt à latere Euangelij ille ardeat à Sabbato san-Cto vique ad Dominicam in Albisinclusiue; quia est vnicum Resurrectionis Festum, ex Ordine Romano, ad Missam, & ad omnes Horas. Prætereà diebus Dominicis, à primis Vesperis víque ad secundas & Completorium inclusiue, ad Missam, & Horas; quia Dominica est repetitio Festi Refurrectionis Christi, etiam perannum, nedum Paichali tempore quem ritum tradit Samarinus in Thef. Sacerdotali, tit. de Cereo Pasch. nimirum ad vtrasque Velperas, & Mislam Dominica, & in Ascensione ad omnes Horas, viquead Enangelium Missa. Quòd si dicatur Missa Parochialis, seu Conuentualis non solemnis, ad eam item die Dominico accendi poteit.

49 Postremò, à primis Vesperis Alcentionis Domini vique ad finem Euangelij Missa solemnis, seu Parochialis, feu Conuentualis non folemnis, in alijs diebus numquam.

50 Candelæ tres, de quibus suprà, in arundine polita non vltra Velperas Sabbati lancti ardere debent : alioquin gratis ardebunt, &

### De die sancto Paschæ vsque ad Festum Trinitatis.

N Obilitas anni, mensis decus, Pascha, id est transitus, ex vi nominis alma dierum, splendor hora- Hebrai, apud Isid. lib. 1. cap. 31. vel tum, est Patha, ex Ruper lib. 6. cap. 26. passio, à Graco verbo ragge, apud